UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

Index Initiorum Quarumcumque Constitutionum Ac Rubricarum Pontificum; Quæ in hoc Opere continentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-74452

Visual Library

INDEX
INITIORUM QUARUMCUMQUE CONSTITUTIONUM AC RUBRICARUM PONTIFICUM;

Quæ in hoc Opere continentur.

HADRIANUS I.

Potentiæ veſtræ, &c. Carolo Magno Muſiva, & Marmora Palatii Ravennatis auferenda concedit: anno 782. Pag. 1

SERGIUS II.

Fratres cariſſimi &c. Excerptum ex Epiſtolâ *Sergii* ad Epiſcopos Tranſalpinos, quâ Drogonem Archi-Epiſcopum Metenſem Caroli Magni Imperatoris Filium naturalem deſignat Vicarium ſedis Apoſtolicæ in Gallia & Germania: an. 844. 2

NICOLAUS.

Scelus, quod &c. Decreta Synodalia Pontificis contrà Lutharium Regem, qui dimiſſâ uxore legitimâ alteram duxerat, contrà Synodum Mettenſem, contrà Epiſcopos alioſque Luthario adhærentes anno *863.* 1 a.

LEO VII.

Conditor univerſitatis &c. Ne Fœminæ ingrediantur Cœnobium S. Martini Turonenſis niſi orationis cauſâ: an...... 1 c.

JOANNES XIII.

Quia licet &c. Theodorico Trevirenſi Archiepiſcopo, Romæ tùm degenti, honores ac Privilegia auget, Galliæ, Germaniæque Primas conſtituitur: an. *969.* 1 c.

BENEDICTUS VII. Dict. VIII.

Quia licet &c. Theodorico Trevirenſi Archiepiſcopo: quô ei in poſterum honeſtum Hoſpitium Romæ ſiſteret, Cellam quatuor Coronatorum ei, ejuſque ſucceſſoribus utendam perpetuum adſcribit: anno *974.* 1 d.

LEO IX.

Gratias agimus &c. Confirmat Privilegia Eccleſiæ Colonienſis & Hermanno Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus concedit titulum Cancellarii S. R. Eccleſiæ, & Cardinalis S. Joannis ad Portam Latinam, in Eccleſiâ verò Colonienſi creat ſeptem Presbyteros Cardinales, totidemque Diaconos, ac Subdiaconos: anno 1054. 1 e.

ALEXANDER II.

Quando quidem &c. Confirmat Harlebeccani Collegii Canonicorum Inſtitutionem. 1 f.

URBANUS II.

1. Cùm univerſæ &c. *Diploma Urbani quo confirmat Largitiones & Donationes quaſcunque factas à Rogerio Calabriæ Comite & Siciliæ, Ambroſio Abbati Liparitano ſcilicet ipſam Inſulam Liparenſem, Monaſterium & omnia bona eidem pertinentia.* 2
2. Si ſacerdotale &c. Conſtitutio ad Raynaldum Archiepiſcopum Remenſem, & ſuffraganeos ejus contra Polygamos eoſve qui ferarum ritu promiſcua haberent connubia. *ibid.*
3. Auditum eſt &c. Conſtitutio ad Richerium Senonenſem, & cæteros Francorum Epiſcopos, quâ Regem excommunicatum abſolvi vetat eoſque ad Synodum Arelatenſem invitat. 3
4. Quia te &c. Conſtitutio ad Guichardum Epiſcopum Conſtantienſem quâ excommunicationem in Henricum Regem & Ravennatem Hæreſiarcham à Gregorio VII. latam confirmat, & in eorum ſectarios, indè quæ agenda in Clericos ab Epiſcopis excommunicatis ordinatos conſtituit. 3
5. Bonorum omnium &c. Conſtitutio ad Canonicos Sancti Martini Eccleſiæ Turonenſis contrà ſimoniacos ne præbendæ vel alia beneficia in poſterum vendantur, emantur. Poſteà ejuſdem Eccleſiæ jura ac Privilegia quæquæ confirmat. 4
6. Quia prudentiam &c. Diploma ad Rogerium Siciliæ Comitem, vi cujus Siciliæ Reges in ſuo Regno intendunt repræſentare ſpeciatim Pontificem Romanum. 5
7. Singulare ſemper &c. Diploma quo conlatum Archiepiſcopo Salernitano privilegium continetur, videlicet ut Primatum ſuper Conſanam & Acheruntinam Archiepiſcopales ſedes, earumque ſuffraganeos gerat. *ibid.*
8. Noſtis fratres &c. Inſtitutio Cruciatæ contra Turcas in Concilio Senonenſi, anno 1095. *Addenda.* 1

PASCHALIS II.

1. Quod per &c. Gratulatur Paſchalis exercitui in Paleſtina militanti ob obtentam victoriam, & ad proſequendum cœpta adhortatur. 7
2. Quum divini &c. Confirmatio electionis Norigaudi Epiſcopi Auguſtodunenſis, ejuſque Eccleſiæ jurium. 7

3. Eccle-

3. Eccleſia quam &c. De reformandis moribus Compoſtellanæ Eccleſiæ deformibus, qui per bella in eam irrepſerant. 8
4. Significatum nobis &c. Mandat Archiepiſcopis & Epiſcopis Provinciarum Remenſis, Senonenſis ac Turonenſis, ut Philippum Regem ejuſque pellicem à vinculo excommunicationis abſolvant; mox ſequitur ejuſdem Regis juramentum. 8
5. Sicut injuſta &c. Berengardo Gerundenſis Epiſcopo privilegia quæque confirmat. 9
6 Juſtis votis &c. Confirmat Stephano Epiſcopo Auguſtodunenſi univerſa privilegia Norigaudo pridem conceſſa. 9

GELASIUS II.

7. Unitati divinæ &c. Confirmatio Gualterii in Archiepiſcopum Ravennatem poſt Schiſma ejuratum, eique pallium cum aliis juribus concedit. 10

CALIXTUS II.

1. Religionis Monaſticæ &c. Privilegium Monaſterii Cluniacenſis. 10
2. Quæ Beati Petri &c. Berardo Epiſcopo Matiſconenſi Epiſcapale munus interdicit, donec ſatisfaciat de illatis Monaſterio Cluniacenſi injuriis. 12
3. Quæ Religionis &c. Confirmat regimen Eccleſiæ Bornhemienſis commiſſum Affligemienſibus precibus Clementiæ ſororis ſuæ Flandriæ Comitiſſæ. 12
4. Deceſſorum ſtatuta &c. Privilegium Maternitatis, quam vocat, Eccleſiæ S. Joannis Provinciæ Biſuntinæ in Eccleſiam S. Stephani ejuſdem Provinciæ. 12
5. Poſtquam ſupernæ &c. Confirmatio jurium Primatus Toletanæ Eccleſiæ. 14
6. In nomine ſanctæ &c. Concordatum Nationis Germanicæ antiquiſſimum circa electiones & Inveſtituras Epiſcoporum & Abbatum inter Imp. Henricum V. & Papam Calixtum II. factum Vormatiæ in conventu Imperii, Præſente Legato ſedis Romanæ Lamberto Cardinali Epiſcopo Oſtienſi, cum aliis duobus Cardinalibus. 14

HONORIUS II.

1. Sicut boni &c. Confirmatio excommunicationis latæ in Fulconem Comitem Andegavenſem. 15
2. Relatione Fratrum &c. Damnatio parvæ conſuetudinis exigendi pecunias ab his qui recipiuntur in Canonicos. 15

INNOCENTIUS II.

1. Si autoritas &c. Lothario Imperatori concedit allodium Terrarum Comitiſſæ Mathiedæ. 16
2. Juſtus Dominus &c. Erectio Eccleſiæ Januenſis in Metropolim. 16
3 Locorum venerabilium &c. Confirmat immunitatem Eccleſiæ Marſnenſis & ſubſtitutionem Monachorum loco Canonicorum. 17
4 Quos diſpenſatio &c. Regium titulum Rogerio Siciliæ Regi ab Honorio conceſſum confirmat. 17

EUGENIUS III.

1. Nobilis Vir &c. Mandat ad Bermundum Biterrenſem antiſtitem, ut Trencavello Vicecomiti Biterrenſi permittat Capellam ſuo in Palatio conſtruere. 19
2. Beatorum Petri &c. Canonicis Petri Romanæ quartam oblationum partem concedit. 19

HADRIANUS IV.

1. Quæ à Prædeceſſoribus &c. Excommunicatio Gaufredi Comitis Ruſcinonenſis, qui legitimâ uxore dimiſſâ adulteram ſibi copulaverat. 20
2. Quoties à fratribus &c. Bulla Hadriani Papæ quarti, Confirmationis compoſitionem inter Epiſcopum & Comitem Gebennenſem. 20
3 Cum ex injuncto &c. Alia Bulla ejuſdem Papæ, per quam confirmat quaſcunque Largitionis factas Eccleſiæ Gebennenſi per Sereniſſimum D. Fredericum Imperatorem, & poſſeſſiones & bona quæcunque, quæ Geb. Eccleſia habebat, vel haberet in futurum, uſibus illius perpetuis corroborat. 22

ALEXANDER III.

1. A noſtra &c. Enarrat quomodo à Romanis ſit exceptus 24
2. Omne datum &c. Templum quod ſitum eſt Jeroſolymis, variis communit Privilegiis, prohibens ne quis temere prædictum locum perturbet. 24
3. In Apoſtolicæ Sedis &c. Epiſtola Alexandri Papæ III. ad Joſcium Archiepiſcopum Turonenſem & ejus ſuffraganeos. Confirmat ſententiam interdicti latam in Ciſmarinam terram regis Angliæ propter vim illatam S. Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo. 26
4. Vice Beati Petri &c. De matribus quæ prolis ſuæ procurant interitum: de inceſtis, & alia fœda libidine: de iis qui cum ſicca fæce vini, & micis panis vino intinctis, Miſſam faciunt: de matrimoniis ſine ſacerdotali benedictione factis, 26

LUCIUS III.

1. Omne datum &c. Templariis Privilegia ab Alexandro conceſſa confirmat. 27
2. Cùm ſit &c. De quibuſdam abuſibus in Diœceſi Pictavenſi corrigendis. 29
3 Juſtis petentium &c. Donationes Godefridi I. Henrici I. & Godefridi II. Brabantiæ Ducum, in favorem equitum Templariorum conſimat, 30
4. Cum ab eo &c. Canonicis Carnotenſibus prohibet pluralitatem beneficiorum, & reſidentiam præſcribit. 30
5. Quociens in &c. Confirmatio Sententiæ contra Comitem Gebennenſem. 30
6. Si quando &c. Mandat Archiepiſcopo Senonenſi, quod vetet Monachis, Canonicis, & Regularibus excommunicare, & ab excommunicatione abſolvere, niſi facultatem exhibuerint authenticam, undè eis hoc liceat: anno...... *Addenda.* 2

URBANUS III.

1. Ex tenore &c. Bulla Urbani III. quæ confirmat Sentententiam latam per Robertum Archiepiſcopum Viennenſem & Hugonem Abbatem Bonævallis ſuper Controverſiis exiſtentibus inter Arducium Epiſcopum & Willelmum Comitem. 31
2. Cum Anteceſſor &c. Approbatio ordinum Fratrum Cruciferorum, Hoſpitalis Bononienſis. 31
3. Audivimus & audientes &c. Ne domus clauſtrales Laïcis dentur aut locentur. 32

GREGORIUS VIII.

Quoniam ad &c. Pro juſtitiâ faciendâ & litibus componendis. 32

CLEMENS III.

1. Cum univerſi &c. Privilegium conceſſum Scotorum Eccleſiæ & Regi quod à nullo poſſint excommunicari niſi à Papa, vel ab ejus Legato à latere anno 1188. 32
2. Cum in Lateranenſi &c. Quod Monachi & Canonici Regulares per oppida ſoli non morentur. 33

CÆLESTINUS III.

1. Cum univerſi &c. Privilegium Eccleſiæ Scotorum: Anno 1192. 33
2. Cum Fiſcannenſe &c. Ne interdicto ſubjiciantur Eccleſiæ monaſterio Fiſcannenſi ſubjectæ. 34
3. Quæ in præjudicium &c. De non ſolvendis penſionibus, & non promittendis Eccleſiis antequam vacent. 34

INNOCENTIUS III.

1. Qui ad recipienda &c. Papæ Innocentii III. Bulla, quâ Epiſcopo Genevenſi poteſtatem concedit, Cenſuris Eccleſiaſticis ejus Eccleſiæ Clericos cogendi ut ſacris ordinibus initientur. 35
2. Vir unus &c. Ad Epiſcopos provinciæ Turonenſis, ut ſuos hortentur ad ferendas ſuppetias Balduino Imperatori Conſtantinopolitano. 35
3. Si juſta filii &c. Ad priorem de Charitate, approbat conſuetudinem orandi pro malefactoribus. 36
4. Multotiens audivimus &c. Ad Epiſcopos Galliæ, de vitanda ſimonia in receptione Monachorum aut ſanctimonialium. 36
5. Rex Regum &c. Joannem Anglorum Regem, qui regnum Angliæ Romanæ Eccleſiæ donaverat in Apoſtolicam protectionem admittit: Anno 1214. Legitur hic Regium Diploma Joannis, quamvis Matthæus Paris, ut teſtatur Dacherius aliud Diploma ad annum 1213. referat. 36
6. Quanto melior &c. Ad Philippum Francorum Regem, ne impoſterùm uſuras in ſuo Regno patiatur. 38
7. Dignis laudibus &c. De electione libera univerſis & ſingulis Eccleſiis Angliæ Regni conceſſa: anno 1215. 38
8. Etſi chariſſimus &c. Pacta inter Regem Angliæ, & Barones ejuſdem Regni damnantur: anno 1215. 39
9. Miramur plurimum &c. Excommunicatio Generalis Baronum Angliæ. 40
10. Ad veſtram &c. Excommunicatio ſpecialis in Barones Angliæ 41
11. Univerſis Archiepiſcopis &c. Epiſtola contra Falſatores, & contra cenſores malignos. *Addenda* 2

HONORIUS III.

1. Expectavimus hactenus &c. Prælatos Hiberniæ arguit, quod pullulantem inter ſubditos hæreſim tolerarent: anno 1219. 41
2. Pervenit ad &c. Ad Archiepiſcopum Bituricenſem, contra Judæos in Bituriâ novas Synagogas conſtituentes. 42
3. Eccleſiarum utilitati &c. Numerum Canonicorum Anconitanæ Eccleſiæ, duodenarium decernit 43
4. Super muros &c. Petit ab Epiſcopis Galliæ unam præbendam in ſingulis Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis. 34
5. Non leditur &c Non Epiſcopos Angliæ, quod pecunias pro expenſis Regis colligant. 44
6. Cùm à nobis &c. Bulla ubi Monaſterium quoddam Conſtatinopolitanum adtribuit Monaſterio Caſinenſi. 44
7. Cùm Reges &c. Ludovicum VIII. Francorum Regem hortatur Albigenſes Regno exterminare: anno 1225. *Addenda.* 3

GREGORIUS IX.

1. Si nobilis vir &c. Mandat confirmari ſententiam excommunicationis in Ducem Britanniæ, & interdicti in terras ejus latam, & ſi non reſipuerit vaſallos ejus ab obedientia illi debita abſolvi. 44
2. Quoniam abundavit &c. Ad univerſos Epiſcopos & Eccleſiæ Prælatos ut fratres Prædicatores ad officium prædicationis, & confeſſiones audiendas benignè recipiant. 46
3. Veteris exceſſibus &c. Anconitanos arguit ob commiſſa ſcelera in Epiſcopum Belluacenſem, & ni obediant mandatis ſedis Apoſtolicæ, eis excommunicationis ſententiam minatur. 46
4. Rex, qui Regni &c. Quod Theobaldus Navarræ Rex revocet ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ; Anno 1236. 47
5. Ut notam faciat &c. Inſtitutio Feſtivitatis Beati Edvvardi, Anno 1227. *Addenda.* 4

INNOCENTIUS IV.

1. Nonnulli de Civitate &c. Quod Auximani teneantur reficere damna illata per exercitum Friderici Imperatoris populo Anconitano: Anno 1246. 48
2. Ne glorientur &c. Facultatem dat Epiſcopo Anconitano revocandi quæcumque bona in feudum tenerent Alſini, Auximani, &c. 48
3. In conſpectu Dei &c. Quod Fratres Prædicatores obſequiis Prælatorum, ac Principum immorantes ſuis ſuperioribus devotè obediant. 49
4. Propter maris &c. Privilegium Civibus Inſulæ Majoricarum, ne in poſterum ad lites dirimendas loca remota petere cogantur. 49
5. Petitio tua &c. Quâ Epiſcopo Genevenſi permittit omnibus illis qui eum vel ejus Diœceſis Eccleſias mœrore afficiunt, ſacris myſteriis interdicere. 49
6. Petitio tua &c. Quod nulli ex Fratribus Prædicatoribus liceat in electionem vel poſtulationem de ſe factam ad Epiſcopatum, vel alias dignitates invitis ſuperioribus, conſentire. Quodque nullus Archiepiſcopus nec Apoſtolicæ ſedis Legatus, aliquem de fratribus ad Epiſcopatum vel alias dignitates aſſumere præſumat. 50
7. Cùm dilecti filii &c. Ordo ſanctæ Crucis Huyenſis Leodienſis Diœceſis, approbatus & confirmatus per Innocentium IV. ſub Regula S. Auguſtini & Conſtitutionibus Fratrum Prædicatorum. 50
8. Illa Perſonam &c. Quod Angliæ Reginæ Devotionis gratiâ poſſit ingredi Oratoria, & Clauſtra Religioſorum cum decem mulieribus: anno 1243. *Addenda* 4
9. Ut notam faciat &c. Solemnizatio Feſti Eduardi in Eccleſia Univerſali celebranda: anno 1243. *Addenda.* 5
10. Cùm ſedes &c. Bulla de Pluralitate Beneficiorum: anno 1245. *Addenda.* 5
11. Fervens Anglorum &c. Quod univerſi Eccleſiarum Patroni in Regno Angliæ poſſint ad Eccleſias in quibus habent Jus-patronatus liberè præſentare abſque contradictionis obſtaculo: Anno 1245. *Addenda* 5
12. Quoties à nobis &c. Bulla continens Privilegium Abbati Britolienſi conceſſum, ut in Feſto S. Conſtantiani in adventu Domini poſſint Monachi cantare in Miſſa *Gloria in excelſis Deo*, & *Ite Miſſa eſt*: anno 1246. *Addenda.* 6
13. Cum olim felicis &c. Quod Abbates Ciſtercienſis Ordinis nullum ex Fratribus recipiant: anno 1247. *Addenda.* 6
14. Filiorum dextera &c. Bulla continens Indulgentias Cruce ſignatis conceſſas, & mandatum de prædicanda Cruce: anno 1250. *Addenda.* 6
15. Celſitudinis tuæ &c. Quod Fratres Prædicatores equitare poſſint: anno 1250. *Addenda.* 9
16. Cum cariſſimo &c. Bulla de Collectoribus Redemptionum votorum Cruce ſignatorum: anno 1252. *Addenda.* 9
17. Cùm ſicut &c. De decima danda de Maneriis Epiſcoporum & Prælatorum Regi Angliæ, in ſubſidium Terræ Sanctæ: anno 1252. *Addenda.* 9
18. Habet Eccleſia &c. De Querela facta per Clerum Angliæ de gravibus oppreſſionibus Anglis illatis per Curiam Romanam, ratione proviſionum &c. anno 1252. *Addenda.* 10
19. Quia nonnunquam &c. Ad Comitem Pictavenſem ſuper tractatu cum Fratre ejus Comite Provinciæ, de transferendo in hunc Regno Siciliæ, tanquam Romanæ Eccleſiæ aperto: anno 1252. *Addenda.* 11

ALEXANDER IV.

1. Non inſolitum &c. Revocatio quorundam literarum, & ſententiæ ab Innocentio IV. latæ in Regulares: anno 1254. 51
2. Cùm magiſter &c. Quod nullus fratrum Prædicatorum alii poſſit peccata confiteri, quàm ſuis Prælatis, niſi urgente neceſſitate: anno 1254. 51
3. Patris æterni &c. Quod Fratres Prædicatores & Minores in Diœceſibus eorum conſtituti, vel qui ad præſentiam Prælatorum pervenerint permittantur uti liberè ſuis obſervantiis, ſtatutis & Indulgentiis Apoſtolicæ Sedis: anno 1255. 52
4. Quo vos in &c. Quod Miniſter Generalis Fratrum Minorum,

norum, Obligatos Ordini Fratrum Prædicatorum non recipiat: anno 1256. 52
5. Non ſolum in &c. Ne quis apud Fratres Minores recipiatur ad profeſſionem ante annuam probationem, anno 1256. 52
6. Petitionibus veſtris &c. Quod nullus Prælatus poſſit Fratres Prædicatores ad ſecum manendum, & ſua negotia procuranda aſſumere: anno 1256. 53
7. Cum Nos &c. Ad Henricum Angliæ Regem quod præſtet juramentum fidelitatis Romanæ Eccleſiæ nomine Edmundi Filii ſui pro Regno Siciliæ: anno 1255. *Addenda.* 11
8. Aſſueta Sedis &c. Conditiones ſub quibus Siciliæ Regnum conceditur Edmundo Filio Henrici Regis Angliæ: anno 1255. *Addenda* 12
9. Sacræ Religionis &c. Ad Magiſtrum Generalem, Prioreſque Ordinis Prædicatorum; quod dati in ſocios quibuſdam Prælatis poſſint corrigi, & ad ordinem revocari: anno 1257. *Addenda.* 16
10. Clamat in auribus &c. Eduardo Primogenito Regis Angliæ invaſionibus Tartarorum reſiſtendi poteſtatem largitur: anno 1260. *Addenda* 16

URBANUS IV.

1. Sedes Apoſtolica &c. Collegia Begghinarum, & Recluſarum Diœceſis Leodienſis in ſuam poteſtatem ſuſcipit: anno 1261. 53
2. Pium eſſe &c. Alterum in favorem Begghinarum Leodinenſium anno 1261. 53
3. Præ ceteris rebus &c. Bulla Regi Angliæ ſuper gravaminibus illatis Hiberniæ Clericis per Miniſtros Romanæ curiæ: anno 1261. *Addenda* 18
4. Qui cœlum &c. Citatio Ricardi Romanorum Regis ad ſedem Apoſtolicam ſuper controverſia Electionis inter ipſum, & Alfonſum Caſtellæ Regem: anno 1263. *Addenda.* 19
5. Non ſolum &c. De conditionibus à Rege, & Edmundo Filio non obſervatis, & de Regno Siciliæ alteri concedendo. *Addenda* 23

CLEMENS IV.

1. Olim Regno &c. Declarat ac decernit Angliæ Regem, ac filium ejus Edmundum Regni Siciliæ veros nunquam fuiſſe poſſeſſores: anno 1265. 54
2. Cum jam &c. Suo & Apoſtolicæ ſedis nomine Regnum Siciliæ Carolo Andegavenſi Comiti confert: anno 1265. 56
3. Conſtituti ab eo &c. Caroli Regni Siciliæ illuſtri, Infeudatio Regni Siciliæ per Dominum Papam CLEMENTEM IV. Domino Carolo S. Ludovici Regis Franciæ Fratri anno 1265. 65
4. Quia Deo &c. Ad Hugonem Comitem Ruthenenſem. Permittit ei habere altare portatile: anno 1266. 73
5 Inter ceteras &c. Statuta pro Eccleſia Anicienſi: anno 1267. 73
6 Intendentes quieti &c. Henrico Hugonis Filio Comiti Ruthenenſi concedit, ut à nullo Judice ſedis Apoſtolicæ Legato aut ſubdelegato poſſit excommunicari: anno 1268. 78

GREGORIUS X.

1. In litteris, &c. Bulla de Generali Concilio ad Lugdunum aſſignato, anno 1273. 78
2. Nefandum ſcelus, &c. Proceſſus Gregorij Papæ contra Guidonem de Monteforti, ſuper morte Henrici de Alamania: anno 1273. 79
3. Princeps inclite, &c. Bulla de Inſigni pœnitentia Guidonis de Monteforti, pro cæde Henr. de Alemania, & de traditione Guidonis in Carcerem: anno 1273. 82
4. Celſitudini Regiæ, &c. Bulla Regi, de Coronatione proroganda; ne vel ſuus vel ſuorum Prælatorum adventus ad generale Concilium impediretur: anno 1273. 83
5. Ut Rex &c. Bulla Regi Angliæ, ſe non intromittendo Rebus Eccleſiaſticis in Vaſconia tempore vacationis Eccleſiarum: anno 1274. 83
6. Cùm à nobis &c. Bulla Levellino Principi Valliæ, de quadam compoſitione, per Prælatos inter dictum Levellinum & Davidem Fratrem ſuum: anno 1274. 84

MARTINUS II. DICT. IV.

1. Longa retrò &c. Proceſſus habitus contra *Petrum* Regem Aragonum, anno 1282. Indictione undecima. 84
2. Ad fructus uberes &c. Ad ſuperiores Ordinis Prædicatorum, tribuit eis facultatem aliquos ex fratribus ſuis deſignandi ad audiendas confeſſiones. 91
3. Qui Regna &c. Aragoniæ Regnum ad Filium ſecundogenitum Regis Franciæ transferri præcipit: anno 1283. 91
4. Decet Excellentiam &c. Regi Angliæ mandat, ne Siciliæ & Aragoniæ Reges ſingulari pugnaturos certamine Waſconiæ Fines ingredi patiatur, neve præſentiæ ſuæ copiam faceret, locumve duello deſignaret: anno 1283. 94
5. Dum Regalis &c. Bulla ſuper pecunia in ſubſidium Terræ ſanctæ collecta, & in ſacris locis depoſita, per Regem Angliæ occupatà, objurgatoria: anno 1283. 95
6. Dudum, propter &c. De his quæ acta ſunt inter Philippum Regem Franciæ & Carolum ejus filium ſecundogenitum ex unà parte, & Joannem S. Cæciliæ Presbyterum Cardinalem ex alterà, ſuper negocio Regni Siciliæ, anno 1284. 96

NICOLAUS IV.

1. Ad liberationem &c. Bulla Regi Angliæ directa, monitoria ut inducat ALFONSUM Regem Aragoniæ, quod intendat liberationi Caroli primogeniti Regis Siciliæ, quem carceri detinuit mancipatum: Anno 1288. 98
2. Dudum ad &c. Pactis, ſive conditionibus pro liberatione Caroli Principis Salernitani conventis aſſenſum ſe præbere nullo modo denunciat: anno 1288. 99
3. A Regali memoria &c. Bulla Regi rogatoria, quod ejus miniſterio, Carolus Princeps Salernitanus, plenariæ libertati reſtituatur: anno 1288. 102
4. Ex parte cariſſimi &c. De Translatione Abbatiæ de Aberconvvey, & de validitate Bullarum à Pontifice nondum benedicto, & conſecrato confectarum, ac electi nomen nullatenus exprimentium: Anno 1289. 102
5. Nuper tibi, &c. Edicit quomodo decima Angliæ Regi conceſſa colligi debeat, & à quibus, & per quas perſonas: Anno 1290. 102
6. Gerentes cordi &c. Quod decima debeat colligi ſecundùm verum valorem, & per perſonas à ſede Apoſtolicà deputatas: anno 1290. 105
7. Dudum ad &c. Bulla pro Foro Eccleſiaſtico contra Diplomata Regis Angliæ: anno 1291. 105

CÆLESTINUS V.

Fungentes pii &c. Bulla Monitoria Regi Angliæ ſuper Pace inter ipſum, & Philippum Regem Franciæ anno 1294. 106

BONIFACIUS VIII.

1. Glorioſus & mirabilis &c. Bulla de Abdicatione Cæleſtini Papæ V. & Electione Bonifacii VIII. anno 1295. 107
2. Olim dilectus &c. De Conceſſionibus, & actis quæ anteceſſor ejus Cœleſtinus imprudenter, & ignoranter fecerat revocandis, & adnullandis: anno 1295. 108
3. Statuimus ut &c. Quod Conſervatores conceſſi certis Ec-

cleſiis à ſede Apoſtolicâ ab injuriis manifeſtis defendantur, qui jubentur eſſe Canonici, aut prædicti dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus: Anno 1295. *Conferatur Cap. ſtatutum* II. *de reſcriptis in ſexto.* 109

4. Ob tuorum &c. CAROLUS II. Siciliæ Rex, & Synodus Sanmaximinenſis literas Synodicas & communicatorias de inventione Reliquiarum S. Mariæ Magdalenæ ad Bonifacium miſerunt, & approbationis, ac confirmationis reſponſum retulerunt, præſenti diplomate egregium reliquiis D. Magdalenæ tribuente teſtimonium: anno 1295. 109

5. Clericis laïcos &c. De Tallagio ab Eccleſiaſticis Perſonis Papæ licentia non obtentâ non concedendo: anno 1296. 110

6. Regalis excellentiæ &c. De Matrimoniis in ordine ad pacem contrahendis, & detentione Regni Scotiæ Anno 1297. 111

7. Pridem ad &c. Ad Galliæ Archiepiſcopos. Permittit decimas colligi ex bonis Eccleſiaſticis in Regni ſubſidium: anno 1297. 112

8. Etſi de ſtatu &c. Explicatio Conſtitutionis de ſubſidiis Principibus ab Eccleſiâ non concedendis: Mox ſequitur Decretum Cleri Callicani de ſolvendis Regi biennii Decimis: anno 1297. 113

9. Tanquam univerſalis &c. De compromiſſo Regis in Papam tanquam in privatam Perſonam ſuper bello cum Galliæ Rege: anno 1298. 114

10. Scimus, fili, &c. Bulla monitoria Eduardo Angliæ Regi ut deſiſtat à Bello Scotiæ illato, quum Regnum Scotiæ ſit Eccleſiæ Romanæ feudum: anno 1299. 115

11. Salvator mundi &c. Suſpendit Privilegia Philippo Regi Franciæ conceſſa, & membris Conſilii ejus: anno 1301. 116

12. Nuper ad &c. Hæreſeos objectæ crimen diluit, aſſeritque ſe præterita Philippi Regis Francorum appellatione ad futurum ſeu Pontificem ſeu Concilium contra eundem proceſſurum: anno 1303. 117

13. Super petri &c. Philippum Regem, enarratis quæ ab eo geſta fuerunt, fidelium cœtu ſacriſque ſegregatum declarat: anno 1303. 118

14. Deum time &c. Bulla quâ ſuam in temporalibus, & ſpiritualibus poteſtatem Francorum Regi denunciat, brevis nimium, quæ vix creditur à Pontifice ſine ulla honoris præfatione ad Regem miſſa in re tanti momenti, ſed è prolixiori quâdam, quam poſt breviorem damus excerptam jure ſuſcipiatur *Bulæus* in *hiſtor.. univerſ. Pariſienſ.* qui utraſque refert unà cum Regis reſponſo ad Bonifacium: anno 1303. 120

BENEDICTUS X.

1. Flagitioſum ſcelus &c. Declaratio Excommunicationis contra complices violentiæ Prædeceſſoris ipſius Bonifacio VIII. factæ Peruſii 7. Id. Junii an. 1304. 124

2. Ut eo magis &c. Bulla ad Philippum Francorum Regem revocatoria reſervationum beneficiorum à BONIFACIO factarum, & liberam Ordinariis ſuper Beneficia reſtituit poteſtatem: anno 1304. 124

CLEMENS V.

1. Habet in te &c. Bulla Angliæ Regi de Proviſione pro ſuo Nepote: anno 1305 125

2. Claris patere &c. Ad Angliæ Regem, ne Nunciis Pontificiis moleſtias inferat: anno 1306. 125

3. Ex devotionis &c. Bulla quâ, poſtulante Epiſcopo Gebennenſe, Quæſitores nominat qui ejus Diœceſin inſpiciant, redituſque annuos percipiant, cùm ſuprà dictus Epiſcopus ipſemet propter bellum percipere nequeat: anno 1306 126

4 Paſtoralis præeminentiæ &c. Anglorum Regi pro Captione Templariorum uno die facienda, eodem modo quo Rex Franciæ proceſſerat: anno 1307. 126

5 Faciens miſericordiam &c. Bulla quæ tangit crimina Templariorum confeſſa, jubetque inquiri ſuper articulis tranſmiſſis: anno 1307. 127

6. Paſtoralis præeminentiæ &c. Quod omnes Templarii Regni Siciliæ, & eorum bona capiantur uno die, quodque ipſorum Perſonæ, & bona cuſtodiantur, quodque de ipſis fuerit aliud ordinatum: anno 1307. 131

7. Quia ſicut &c. Ad Philippum IV. cognomento Pulchrum Galliæ Regem: de his, quæ egerit ut Principibus Electoribus Germaniæ ſuaderet electionem Fratris Regis Caroli Comitis Andegavenſis in Regem Romanorum: anno 1307. 132

8. Dudum prout &c. Ad Philippum Pulchrum de tractatu cum Republica Venetâ pro Imperio Conſtantinopolitano pro Carolo ipſius Philippi Fratre obtinendo: anno 1307. 132

9. Dudum poſtquam &c. Citatio eorum qui Bonifacium Prædeceſſorem Pontificem Hæreſeos accuſant: anno 1308. 133

10. Ad omnium &c. Bulla, quæ repetitis Templariorum criminibus eoſdem, & omnes ipſis faventes excommunicationis fulmine ferit: anno 1318. 134

11. Quanto inter &c. Ad Epiſcopum Wigornienſem, ut inducat Regem Angliæ ad Reformandos exceſſus officialium ſuorum: anno 1308. 135

12. Faciens miſericordiam &c. Inquiſitores ſuper negotio Templariorum aſſignantur, & deputantur in Regno Angliæ: anno 1308. 136

13. Attende, Fili, &c. Bulla ſuper liberatione Epiſcoporum Glaſquenſis, Sancti Andreæ, & Lychefeldenſis, & de bonis Templariorum: anno 1308. 138

14. Supra montem &c. Ad Epiſcopum Wigornienſem, quod Regem moneat à gravaminibus Eccleſiæ abſtinere, quodque Miniſtros ab injuriis Perſonis Eccleſiaſticis inferendis, coërceat, nec non quod cenſum Eccleſiæ Romanæ debitum integraliter perſolvat: anno 1309. 139

15. Tuæ devotionis &c. Privilegium Regi Angliæ ne à ſedis Apoſtolicæ delegatis poſſit excommunicari: anno 1309. 142

16. Multo ſicut &c. Confirmantur jura prætenſa à clero Provinciæ Britanniæ contra Ducem, Nobiles alioſque ejuſdem Provinciæ: anno 1309. 142

17. Rex pacificus, &c. Ad Philippum Pulchrum Bulla, qua teſtatur quantam deſideret ipſius concordiam perpetuam cum Henrico VII. Rege Romanorum, & quod ideò non ſit aſſenſurus, ſi hic Regna Arelatenſe, & Viennenſe in alium Principem ſæcularem transferre vellet: anno 1309. 144

18. Ex parte chariſſimi &c. Bulla quæ narrat tum adverſarios, tum Patronos cauſæ Bonifacianæ, deſertis judiciariis formulis litis arbitrium permiſiſſe eidem Clementi, qui laxatis cenſuris in Regem, & Regnum Galliæ latis, plurimiſque in illius Gentis laudem dictis, inter alia decernit, literas, & ſententias Bonifacii Regi Franciæ injurias è regeſto Pontificio eradendas: Anno 1310. 145

19. Licet Guilielmus &c. Abſolutio de Nogareto, impoſitâ ei admodùm ſeverâ pœnitentiâ: anno 1310. 148

20. Ad providam Chriſti &c. Super conceſſione factâ Hoſpitali S. Joannis Hieroſolymitani de bonis Templariorum anno 1312. 148

21. Nuper in Generali &c. Bulla Anglorum Regi porrecta pro Hoſpitalariis de Terris Templariorum in Concilio Viennenſi eis collatis, ipſis liberandis: anno 1312. 150

JOANNES XXI. DICTUS XXII.

1. Vocatis nobis &c. Bulla de Treguis Scotiæ per biennium, & Infractoribus excommunicatis: anno 1317. 151

2. Perſonam cariſſimi &c. Excommunicatio contra omnes inimicos Regis Angliæ, & Invaſores Regni: anno 1317. 152

3. Habet inſinuatio &c. Super Roberto de Brus, & Eduardo Fratre excommunicandis: anno 1317. 152

4. Dolenter audivimus, &c. Bulla contra Fratres de Ordine Mendicantium ad Populum Hybernicum rebellionem prædicantes: Anno 1317. 153

5. Vocatis nobis, &c. Bulla, de Treugis inter Regem, & Robertum de Brus ineundi: anno 1317. 154

6. Perſonam cariſſimi &c. Bulla de excommunicando Regni Inva-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Invaſores, & Turbatores Pacis: Anno 1317. 155
7. Ordinis veſtri &c. Ne quis è Fratribus Ordinis Prædicatorum in Epiſcopum electus abſque facultate ſuperiorum electionem aceptet: Anno 1317. 155
8. Super omnia &c. Fratri Michaeli Ordinis Minorum committit cauſſam quorundam Fratrum ejuſdem Ordinis non benè de fide ſentientium: Anno 1317. 155
9. Creſcit facile &c. De Berewico poſt publicationem Treugarum occupato de litteris Apoſtolicis laceratis, & de Roberto de Brus excommunicando: anno 1318. 156
10. Infuſum à Deo &c. Contra exceſſus Seneſcalli Vaſconiæ: Anno 1318. 158
11. Attendentes, filii &c. Bulla de licentia tractandi de pace cum excommúnicatis: Anno 1319. 158
12. Dudum poſt &c. Bulla, de Poteſtate Fulminandi contra Robertum de Brus, perpetuata. 158
13. Dudum perſonam &c. Bulla Excommunicationis contra Invaſores Hiberniæ: Anno 1320. 161
14. Ut eorum &c. Super proceſſu & tranſactis inter Nuncios Roberti de Brus & Papam, notificatoria: anno 1320. 162
15. Vas electionis &c. Sententia adversùs errores Joannis de Polliaco: anno 1321. 163
16. Dudum poſt &c. Concedit literas, & poſſeſſiones Templariorum Fratribus Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani in Angliâ: anno 1322. 163
17. Si Fratrum &c. Contra uſurpantes Romani Imperii Vicariatum: anno circiter 1323. 165
18. Ne celſitudo &c. De Colloquio inter Papam & Comitem de Murref Angli, & ſuper titulo Regis in literis ad Robertum de Brus ſcribendis: anno 1324. 166
19. Certum proceſſum &c. Bulla contra Hæreticos qui dogmatizant, & prædicant ſuprematum eſſe in Cæſare & non in Papa: anno 1327. 167
20. Cum de his &c. Declarat Beghinas Belgicas eſſe immunes ab erroribus Beghinarum Alemanniæ quas Clemens V. damnaverat: anno 1320. 174
21. Nuper in Conſiſtorio &c. Excommunicatio Michaelis Ceſenatis Prioris Generalis Ordinis Minorum, Guillelmi Okami, aliorumque Conſiliariorum Ludovici IV. Imperatoris: Anno 1330. 176
22. Ne ſuper iis &c. Declarat Papa ſuam de Viſione Beatifica opinionem: anno 1336. 178

BENEDICTUS XI. DICTUS XII.

1. Cum illos &c. Contra Pravos Mores Clericorum Eccleſiæ Narbonenſis: Anno 1334. 178
2. Dudum te, &c. De exceſſibus Imperatoris, contra Confœderantes cum ipſo, & contra titulum Vicarii Regi ab ipſo datum, & de decimis Regi Franciæ, non contra Regem Angliæ, ſed contra Invaſores Franciæ conceſſis: An. 1338. 179
3. Recentem habemus &c. De Proceſſibus contra Imperatorem, ac confederantes cum ipſo, & contra Titulum Vicarii à Rege aſſumptum: anno 1339. 182
4. Dum diligenter &c. Franciæ & Angliæ Reges ad pacem hortatur, & litem componere ſe paratum exhibet: anno 1339. 183
5. Nuper excellentiæ &c. Ad Angliæ Regem hortatoria, ne utatur nomine, & Titulo Regis Franciæ: anno 1340. 184

CLEMENS VI.

1. Quia ſcimus te, &c. Epiſtolæ variæ quibus quamplurima privilegia concedit Regi & Reginæ Francorum, diverſis annis ſcriptæ. 185
2. Dudum affectionibus &c. Ad Regem Angliæ, quod inclinet animum ad pacem: adjiciens nova tangentia Turcas: anno 1345. 193
3. Præſentatas pridem &c. Bulla ad litteras, & Nuncios Regis reſponſoria de Treugis, & de attemptatis contra Treugas, ac ſuper variis hinc inde tractatis, pacem bellumque tangentibus; anno 1345. 193
4. Deſiderantes ſtatum &c. Fratres Hoſpitalis B. Mariæ de Caritate in Diœceſi Catalaunienſi ſub ordine & regula Sancti Auguſtini conſtituit: anno 1347. 197
5. Attendentes providè &c. Confirmatio Privilegii Urbani IV. Univerſitati Patavinæ de Cancellariatu Academiæ Epiſcopo conceſſi: anno 1347. 198
6. Petitio pro &c. Abſolutio Wilielm. Okami ab Anathemate anno..... 199

INNOCENTIUS VI.

1. Nuper ſiniſtris &c. Bulla ſuper diſcordia inter Regem Navarræ & Normandiæ Ducem ſuborta: anno 1358. 200
2. Dilectum Filium &c. Bulla de Eccleſiaſticis in Regno Franciæ non moleſtandis: anno 1360. 200
3. Nuper quanto &c. Excluſio petitionum Regis Angliæ ſuper Promotione Androyni Abbatis in Cardinalem: an. 1360. 201
4. Pervenit nuper &c. Bulla ſuper Concordia inter Ducem Brittanniæ & Carolum de Bloys: anno 1361. 201
5. Recipimus nuper &c. Ad Regem Angliæ ſuper deductione 100. millium Florenorum de ſumma per Regem Franciæ ſolvenda, & de recipiendo tantundem de ſubſidio Cleri: an. 1362. 201
6. Debitum æquitatis &c. Super Deductione & Receptione antedictis 202

URBANUS V.

1. Inſonuit, Fili &c. Bulla pro Regina Siciliæ ſuper rumore Provincia invadenda: anno 1367. 203
2. Quam ſit &c. In favorem Caroli Galliarum Regis contra Seditioſos, qui Pariſiis & alibi Societatem compoſuerant, nuncupatam: *La grand Compagnie*, ad turbandum Regni Statum: anno - - - - 203
3. Sacrorum Canonum &c. Archiepiſcopo Narbonenſi Conciliorum Provincialium celebrationem mandat: anno..... 205
4. Cum uſus &c. Quod Caſinenſis Pſalterio Gallicani utantur anno..... 206

GREGORIUS XI.

1. Ad procurandam &c. Deputat duos Cardinales pro ſedandâ diſcordiâ inter Reges Angliæ & Franciæ obortâ: anno 1371. 206
2. Eximiæ devotionis &c. Bulla de Compoſitione inter Regem & Papam per Nuncios ex utraque parte concordata: anno 1375. 207
3. Exceſſus graviſſimos &c. Contra Florentinos: anno 1376 207
4. Zelus Catholicæ &c. De Inquiſitione Fidei in Francia: an..... 208
5. Non ſine dolore &c. Anconitanos excitat contra Auſculanos & Firmanos Romanæ Eccleſiæ anno 1376. 208
6. Morari cogimur &c. Admonitus Gregorius quid rerum in Anglia molitetur Wicleffus, quæve pernicioſa dogmata ſpargeret, hâc Bullâ præcipit capi, & tradi in manus Archiepiſcopi Cantuarienſis, aut Epiſcopi Londinenſis: anno...... 208

URBANUS VI.

1. Conſtituti in &c. Litteræ Bullatæ, quibus CLEMENS Papa VII. Regnum Adriæ inſtituit, comprehendens partem terrarum Eccleſiæ Romanæ in Italia, ac Ludovico Duci Andegavenſi tribuit 15. Kal. Maii 1382. 209
2. Clara devotionis &c. Bulla pro ſpecialibus honoribus & Favoribus Regis Angliæ: anno 1379. 215
3. Inter ſollicitudines &c. Confœderationes cum Hæreticis quacunque firmitate roboratas eſſe nullas decernit: an. 1382. 217
4. Etſi animarum &c. Adverſus Mendicantes qui ſacramentorum Adminiſtrationem & ſacras Conciones habere, multa item Eccleſiaſtica munia obire contendebant: anno 217
5. Nuper cum &c. Ad Imperatorem contra Confœderationes cum Hæreticis: anno 1383. 218
6. In Supremæ dignitatis &c. Inſtitutio Univerſitatis ſtudii generalis ad Normam Academiæ Pariſienſis in Urbe Colonienſi: anno 1388. 218

BONIFACIUS. IX.

Magnæ devotionis &c. Libertates, immunitates & Privilegia oppido Lovanienſi à Prædeceſſoribus ſuis, à Regibus, aliiſque Principibus conceſſa confirmat: anno 1392. 219

ALEXANDER V.

Regnans in excelſis &c. Medicantibus permittit ubique Evangelia prædicare, ſacramenta adminiſtrare, cæteraque munia, quæ Parochi obire ſolent: anno 1409. 220

JOANNES XXII. DICTUS XXIII.

1. In Apoſtolicæ ſedis &c. Revocatoria Bullæ Alexandri V. Prædeceſſoris de Privilegiis Mendicantium propter turbas in Clero Gallicano obortas: anno 1410. 223
2. Cum juxta &c. Pariſienſi Univerſitati indulget, ut Cancellarius Pariſienſis poſſit abſolvere Magiſtros, & Scholares ab omnibus Cenſuris; & cauſæ Univerſitatis quæ in Romanâ Curiâ diſceptari ſolebant, in Curiâ Epiſcopali Pariſiorum diſceptentur: anno 1412. 223
3. In caſſum ſacrorum &c. Archiepiſcopis quibuſcumque edicit Conciliorum Provincialium celebrationem ſingulis tienniis anno 1412. 225

MARTINUS III. DICTUS V.

1. Divina Providentia &c. Ad Henricum Angliæ Regem ſuper geſtu, & ſummiſſione Johannis XXIII. Pſeudo Pontificis notificatio: anno 1419. 225
2. Tunc injunctum &c. Confirmatio altera fundationis Capellæ, quam juxta Eccleſiam Genevenſem erexerat Joannes de Brogniaco Cardinalis Epiſcopus Hoſtienſis; quam

etiam prius confirmarat Benedictus XIII. ex bulla mox ſequenti. 225

BENEDICTUS XIII.

Dictus PETRUS DE LUNA Anti-Papa.

1 Confirmatio fundationis, & dotationis Capellæ Collegiatæ juxta Eccleſiam Genevenſ. à Cardinali Joanne Alarmet de Brogniaco Epiſc. Hoſtienſi erectæ, quam etiam confirmavit MARTINUS V. ut ex Bulla ſuperiori. 226

2. Sapientiæ immarceſcibilis &c. Erectio Univerſitatis in oppido Lovanienſi ad preces Joannis IV. Brabantiæ Ducis, anno 1426. 232

EUGENIUS IV.

1. Quoniam ex &c. Ad Archiepiſcopum Cantuarienſem, quâ eum ad Concilium Bononiæ habendum invitat: anno 1431. 233

2. Quoniam ex &c. Ad Ducem Bedfordienſem, quâ invitat ejus Deputatos ad Concilium Bononiæ indictum: Anno 1431. 234

3. Quoniam alto &c. Bulla Eugenii, quâ damnatur hæreſis Bohemicorum, Concilium Baſilienſe diſſolvitur, & Bononiam tranfertur: anno 1431. 235

4. Singularis devotionis &c. Per Breve Apoſtolicum mittit Philippo Bono Burgundiæ ac Brabantiæ Duci Hoſtiam miraculoſam, quæ modo aſſervatur Divione in Burgundia: anno 1433. 236

5. Reddidit nobis &c. Bulla quâ Pontifex negat ſe Ducem Burgundiæ à juramentis Regi Angliæ, & Regis Patri præſtitis abſolviſſe: anno 1435. 237

6. Exiſtimantes, olim &c. Ad Concilium Baſileenſe, reſpectu negociationum, cum Græcis initatum ob eorum adventum ad dictum Conſilium: anno 1434. 237

7. Pro nonnullis &c. Ad Concilium Baſilienſe quâ ſuis Legatis fiducia à Concilio præſtanda eſt: anno 1435. 238

8. Venerunt ad &c. Ad Conſilium Baſilienſe, quâ id monet ſe miſurum eſſe Nuntium: anno 1436. 238

9. Gratus Nuncius &c. Bulla, per quam recommendat Imperatorem Sigiſmundum Baronibus, cæteriſque Nobilibus Pragenſibus, aliiſque Civitatibus Bohemiæ, affectionem ſuam erga Regnum ipſum, ejuſque Incolas declarando: anno 1436. 238

10. Solemni natalis &c. Ad Marchionem Brandenburgenſem propter Electionem Imperatoris Sigiſmundo ſufficiendum: Anno 1437. 239

11. Cum Venerabiles &c. Ad Nobilem virum Albertum Bavariæ Ducem, ut ad Dietam apud Nurimbergam ordinatam ſe transferat, & Sedi Apoſtolicæ faveat: An. 1437. 239

12. Accepimus literas &c. Inſtructio Papæ Eugenii ad ſuos Nuntios, miſſos ad Dietam Francofurti coactam, ad eligendum Imperatorem. Anno 1439. 240

13. Dum intra &c. Confirmat Privilegia Univerſitatis Patavinæ ad inſtar Pariſienſis Anno 1439. 240

14. Quam proximis &c. Ad Univerſitatem Pariſienſem, quâ Libri in Sedem Apoſtolicam ſcripti damnantur: An. 1440. 241

15. Ad jugem &c. Confirmatio Privilegiorum Ordinum Mendicantium Anno 1442. 242

16. Dum intra &c. Inſtitutio Capituli ſecundæ Fundationis Decem Canonicorum in Eccleſiâ Collegiatâ S. Petri Lovanii: Anno 1443. 243

17. Paſtoralis officii &c. Nuntiat Epiſcopo Trajectenſi, quod Ducatum Clivenſem ab omni Poteſtate Spirituali Archiepiſcopi Colonienſis, & Epiſcopi Monaſterienſis eximat, dictoque Trajectenſi injungit, ut Epiſcopum Titularem deputet, qui Epiſcopalibus muneribus juxta beneplacitum Ducis fungatur: Anno 1444. 245

18. Commiſſam nobis &c. Eccleſiaſticos, & Sæculares univerſos ditionis Clivenſis à juramentis Archiepiſcopo Colonienſi, & Epiſcopo Monaſterienſi præſtitis abſolvit, & omnes eorum pœnas, ſententias, cenſuras &c. nullius roboris exiſtere decernit: anno 1445. 246

19. Inter cæteras &c. Super diverſis Indultis, Diſpenſationibus, ac Conceſſionibus datis Friderico III. Imperatori & Principimus Germaniæ, qui receſſerant à Neutralitate, & obedientiam Rom. Pontifici præſtiterant: Anno 1446. 247

20. Ad tranquillitatem &c. Conceſſio ad inſtantiam Friderici Imp. facta, ut Decreta Concilii Baſileenſis ab Alberto Rege acceptata porrò in Germania obſerventur, uſque ad futuram modificationem; Anno 1446. 249

NICOLAUS V.

1. Rationi convenit &c. Confirmat Confraternitatem ſeptem Capitulorum initam à Capitulis Flandro-Belgicis, quod frequentius quàm par eſſet ad Urbem Cameracenſem pro litibus evocarentur: anno 1446. 251

2. Quam ſit &c. Amedeum omni Dominio Sabaudiæ privatum, atque illud ad Regem Franciæ devolutum declarat. Deinde fideles hortatur quod ſumant arma in Amedeum, ejuſque ſequaces: Anno 1447. 251

3. Si juxta &c. Faſciculus concordatorum Nationis Germanicæ cum Pontificibus Rom. ſub *Martino* V. *Eugenio* IV. & *Nicolao* V. ex quibus poſtrema vulgo habentur, quæ tamen ſe referunt ab priora & ex iis capiunt lucem: itaque cætera quoque hîc ſub Nicolai Pontificatu referre placuit ad annum 1447. 252

4. Tanto nos &c. Quæ Schiſmatis tempore ſunt acta nulla vult ac decernit: anno 1448. 256

5. Tanto nos &c. Irritas decernit quaſcunque Cenſuras inflictas occaſione ſchiſmatis: anno 1449. 256

6. Quas ob cauſas &c. Renunciatio FELICIS V. qua deponit Papatum, in Concilio Generali Lauſannæ 7. Id. April. 1449. 258

7. Inter innumeras &c. Alfonſo Aragoniæ, & Siciliæ Regi concedit Inſulam Caſtri Rabei Rhodo vicinam: anno 1450. 259

8. Receptis litteris &c. Renuit Tributum Eccleſiaſticis à Carolo Francorum Rege imponi: anno 1450. 259

9. Magnam laudem &c. Bulla ad Syndicos Genevenſes miſſa, quâ laudat eos poſuiſſe obicem ne captivus è ſua Urbe exiret Epiſcopus Montis-Regii, & hortatur eos ut illum tueantur: anno 1451. 259

10. Licet deſiderium &c. Franciſcum Sfortiam &c. Mediolani Ducem hortatur ad Pacem ineundam: anno 1452. 260

11. Accedens ad &c. Carolo VII. Francorum Regi, quod nonnulla poſtulet contra Canonum Sancita, concedere non poſſe ſignificat: anno 1452. 260

12. Etſi Propheta &c. Concedit Indulgentias Feſtum *Beatæ* Mariæ de Nive in Provincia Rothomagenſi celebrantibus: Anno 1454. 261

13. Romanus Pontifex &c. Alfonſo Luſitaniæ Regi cujus Filius Henricus ſtudio iter in Indiam Orientalem aperiendi uſque ad Guineam & Nigrum Fluvium penetraverat, & inſulas varias detexerat, Imperium Guineæ, & poteſtatem Barbariæ Regna ſubjiciendi concedit, prohibens ne alii ſine Luſitanorum permiſſione ad eas oras navigent: Anno 1454. 261

CALIXTUS III.

1. Regis æterni &c. Declaratio per obitum Alfonſi Aragonii Neapol. Regis, Regnum ad Romanam ſedem devolutum: Anno 1458. 2—

PIUS II.

1. Licet olim &c. Inſtitutio novæ Militiæ in Turcas, cujus ſedes debet eſſe in Inſula Lemno: anno 1459. 265

2. Hodie dilectum &c. Ad Vaſallos Eccleſiæ Genevenſis, qua illis recipiendus Epiſcopus, J. L. Sabaudus: an. 1459. 265

3. Hodie dilectum &c. Ad Populum urbis & Diœceſis Genevenſis, quâ recipiendus Epiſcopus J. L. Sabaudus anno 1459. 266

4. Accepimus ex &c. Littera Apoſtolica Pontificis pro tollenda pragmaticâ Sanctione, cum Reſponſo Ludovici Francorum Regis: an. 1460. 266

5. Bello jam &c. Fridericum Imperatorem declarat Ducem Generalem Exercitus Chriſtiani contra Turcas. Anno 1460. 267

6. Juſtiſſima quamvis &c. Narratio Geſtorum Sigiſmundi Auſtriæ Ducis contra Cardinalem de Cuſa: mox ſequitur citatio ejuſdem: anno 1460. 268

7. Ineffabili ſummi &c. Declaratio Apoſtolica pœnalis contra Sigiſmundum Auſtriæ Ducem; anno 2460. 271

8. Inter felicitates &c. Erectio Univerſitatis Nannetenſis anno 1463. 275

PAULUS II.

1. Etſi à ſummo &c. Privilegia aliarum Univerſitatum concedit Univerſitati Biturienſis: anno 1465. 277

2. Romanum decet &c. Parochialem Eccleſiam S. Gaugerici Valencenenſis unit Capitulo B. Mariæ ad Aulam Comitis (nunc in Eccleſia S. Gaugerici reſidenti) cum jure conſtituendi Vicarium amovibilem: an. 1467. 278

3. Exigit veſtras &c. Alia ejuſdem argumenti quô Superior data: anno 1470. 279

4. Primo ipſe &c. Fœdus initum inter ſummum Pontificem, & Rempublicam Venetam 28. Maii 1469. 280

SIXTUS IV.

1. Ad univerſalis &c. Ad ſubvertendam Pragmaticam ſanctionem hanc Bullam edit circa Beneficia in Galliarum Regno, Ordinariis ſex menſes concedens ad Beneficia conferenda; totidem ſibi retinens: an. 1472. 281

2. Quotidie ad nos &c. Ad LUDOVICUM Francorum Regem; conqueritur quod concordata non obſervet, quæ extant inter extravagantes communes Cap. *ad Univerſalis de Treuga & Pace*: anno 1474 282

3. Creditam nobis &c. Quod in Eccleſiâ Metropolitanâ Colonienſi nullus ad octo præbendas Presbyterales aſſumatur niſi Doctor: an. 1474.

4. Hodie dilectum &c. Bulla Pontificis SIXTI IV. ad populum Urbis & Diœceſis Genevenſis, quâ recipiendus Epiſcopus Joannes de Compois: anno 1482 283

5 Solicitudo Paſtoralis &c. Bulla SIXTI IV. quâ præcipit Duci Sabaudiæ aut ejus Conſiliariis ne ulteriùs infeſti ſint Epiſcopo Genevenſi, utque omnia tollant obſtacula, quibus non permittitur ipſis libera & ſuprema ſuæ Eccleſiæ poſſeſſio: Et ſi deſint obſequio ferit interdictô omnes inobedientes, Urbem & Diœceſim ipſam Genevenſem, & omnes terras & Dominia Ducis Sabaudiæ ultra montes. Eâ in Bullâ inſerta eſt revocatio ſummi Juris in Genevam, Duci Zeringuen conceſſi, & ceſſi Comiti Genevenſis, facta anno 1162. ab Imperatore Friderico: anno 1483. 284

INNOCENTIUS VIII.

1. Sacro Sanctæ &c. Bulla Innocentii Papæ VIII. pro confirmatione ſtatuorum Eccleſiæ Cathedralis Genevenſis: anno 1484. 286

2. Romanus Pontifex &c. Bulla ſuper Succeſſione in Regno Angliæ approbatoria, & contra Rebelles excommunicatoria; anno 1486. 297

3. Redemptoris & Domini &c. Bulla de Matrimonio inter Henricum VII. & Eliſabetham Filiam Eduardi IV. annô 1486. 299

4. Apoſtolicæ ſedis &c. Commiſſio Archiepiſcopo Cantuarienſi pro abſolutione Tumultuantium: anno 1487. 300

5. Romani Pontificis &c. Bulla contra Hibernicos Prælatos qui Lambertum Symnell prætenſum de jure, de Facto in Regem coronarunt: anno 1488. 301

6. Sedis Apoſtolicæ &c. Bulla contra tumultus excitantes ſuper Jure ſuccedendi in Regno Angliæ: anno 1488. 302

7. Hodie ſiquidem &c. Bulla Innocentii VIII. pro receptione Antonii Championis nominati ab illo ad Eccleſiam Gebennenſem: anno 1490. 402